Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

humores corrumpentes predant. Et aer ex-
piratus ab eis est iam corruptus et corrum-
pit retinentem aerem ab eis expiratum vel
corruptum, et alios, eum inspirantem. Ex isto
sequitur manifeste q̃ assistentes debent auertere
faciem suam ab eis versus ignem vel versus
fenestram, vel portam, ut non attrahant aerem
ab eis expiratum 2 corruptum. Secundo sequitur
q̃ infecta dispositione egri bonum esset si
egri crebro mutaret, non solum lectum, ymo
cameram et domum, ut attraheret aere nouum
non tantum infectum, sicut est ille vbi starent
semp. Etiam locus non debet esse strictus
sed spatiosus, et aer eius semp alteratus
ad partem frigiditatis. Epidimia etiam
q̃nq̃ venit in fine autumpni, ut si estas
fuerit multum pluuiosa, vel p multum tempo
sufflat ventus australis, et autumpnus
qui de natura sua debet esse frigidus 2
siccus efficiat calidus et siccus, vel diu
sufflat ventus subsolanus siue orientalis
quod idem est, vel calidus et humidus
pre nimia continuatione ventorum meridio-
nalium cum turbulentia aeris, et eius spissitu-
dine et nubium multitudine, tunc merito ve-
nit pestilentia, maxime, si cum istis fuerit
mala uel maligna influentia, vt cum satur-
nus e in domo sua frigida in capricorno, et
aquario prut modo est, quia nunc XXV. die
octobris Anni a nativitate millesimi quatercentesimi primi.